

# DIGESTORUM

## SEU PANDectarum LIBER NONUS.

### DIGESTE OU PANDECTES, LIVRE NEUVIÈME.

#### TITRE PREMIER.

#### DE L'ACTION EN RÉPARATION DU DOMMAGE

Causé par une bête à quatre pieds.

1. *Ulpian au liv. 18 sur l'Edit.*

**S**I un animal a causé quelque dommage, il y a à ce sujet une action qui descend de la loi des douze tables. Cette loi a voulu que le maître en ce cas fût obligé d'abandonner l'animal qui a causé le dommage, si mieux il n'aime offrir d'en payer l'estimation.

1. Le délit s'appelle *Noxia*.

2. Cette action a lieu à l'égard de toutes les bêtes à quatre pieds.

3. Le préteur dit : « Si un animal a causé quelque dommage. » On entend par ce mot, un tort causé à quelqu'un sans mauvaise intention de la part de celui qui en est l'auteur ; car les bêtes étant dépourvues de raison, ne peuvent point avoir intention de nuire.

4. C'est pourquoi, suivant Servius, cette action aura lieu dans le cas où une bête poussée par son impétuosité naturelle aura causé quelque dommage ; par exemple, si un cheval ombrageux a donné un coup de pied à quelqu'un, si un bœuf dangereux de la corne, ou une mule naturellement mauvaise a blessé quelqu'un. Mais si l'animal causoit ce dommage par d'autres raisons, par exemple, parce qu'il marchoit dans un mauvais chemin, ou par la faute du conducteur, ou si une

#### TITULUS PRIMUS.

#### SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

1. *Ulpianus lib. 18 ad Edictum.*

**S**I *quadrupes pauperiem fecisse dicatur*, actio ex lege duodecim tabularum descendit : quæ lex voluit, aut dari id quod nocuit, id est, id animal quod noxiam commisit : aut æstimationem noxiæ offerre.

Summa legis duodecim tabularum.

§. 1. *Noxia* autem est ipsum delictum.

Quid sit noxia.

§. 2. Quæ actio ad omnes quadrupes pertinet.

Ad quas quadrupes hæc actio pertinet.

§. 3. Ait prætor, *pauperiem fecisse*. *Pauperies* est damnum sine injuria facientis datum : nec enim potest animal injuria fecisse, quod sensu caret.

Quid sit pauperies.

§. 4. Itaque, ut Servius scribit, tunc hæc actio locum habet, cum commota feritate nocuit quadrupes : puta si equus calcitrosus calce percusserit : aut bos cornu petere solitus, petierit : aut mula propter nimiam ferociam. Quod si propter loci iniquitatem, aut propter culpam mulionis, aut si plus justo onerata quadrupes, in aliquem onus everterit, hæc actio cessabit, damnique injuriæ agetur.

Si quadrupes commota feritate, vel ob aliam causam nocuerit.

De cane qui  
evasit.

§. 5. Sed et si canis, cum duceretur ab aliquo, asperitate sua evaserit, et alicui damnum dederit, si contineri firmius ab alio poterit, vel si per eum locum induci non debuit, hæc actio cessabit, et tenebitur qui canem tenebat.

De fera insti-  
gatu alterius;

§. 6. Sed et si instigatu alterius fera damnum dederit, cessabit hæc actio.

Vel contra na-  
turam mota.

§. 7. Et generaliter hæc actio locum habet quotiens contra naturam fera mota pauperiem dedit. Ideoque si equus dolore concitatus, calce petierit, cessare istam actionem: sed eum qui equum percusserit, aut vulneraverit, in factum magis quam lege Aquilia teneri: utique ideò, quia non ipse suo corpore damnum dedit. At si cum equum permulisset quis, vel palpatus est, et calce eum percusserit, erit actioni locus.

Si quadrupes  
quadrupedem  
concitavit.

§. 8. Et si alia quadrupes aliam concitavit, ut damnum daret, ejus quæ concitavit, nomine agendum erit.

Si quadrupes  
corpore suo, vel  
per aliam rem  
damnum dederit

§. 9. Sive autem corpore suo pauperiem quadrupes dedit, sive per aliam rem quam tetigit quadrupes, hæc actio locum habebit: utputà, si plaustro bos obtrivit aliquem, vel alia re dejecta.

De bestiis.

§. 10. In bestiis autem propter naturalem feritatem, hæc actio locum non habet: et ideò si ursus fugit, et sic nocuit, non potest quondam dominus conveniri: quia desinit dominus esse, ubi fera evasit: et ideò, et si eum occidi, meum corpus est.

Si arietes, vel  
boves commise-  
rint.

§. 11. Cum arietes vel boves commisissent, et alter alterum occidit; Quintus Mucius distinxit, ut si quidem is perisset, qui adgressus erat, cessaret actio: si is qui non provocaverat, competeret actio:

bête de somme trop chargée a renversé son fardeau sur quelqu'un, l'action dont il est ici question n'aura pas lieu, et on aura recours à l'action de la loi Aquilia.

5. De même, lorsqu'un chien conduit par quelqu'un, s'échappe des mains de son conducteur poussé par son impétuosité naturelle, et fait tort à quelqu'un, si un conducteur plus exact eût pu le contenir plus fermement, ou s'il n'eût pas dû le conduire par le même chemin, l'action dont nous parlons n'aura pas lieu, et celui qui conduisoit ce chien, sera tenu personnellement de sa faute.

6. Cette action n'aura pas lieu non plus si quelqu'un a poussé la bête à faire le tort dont on poursuit la réparation.

7. En général cette action n'a lieu que dans le cas d'un tort causé par un animal qui s'est livré à une impétuosité qui ne lui est pas naturelle. Ainsi elle n'a pas lieu dans le cas où un cheval excité par une douleur vive, aura donné un coup de pied; mais celui qui aura causé cette douleur au cheval en le frappant ou le blessant, sera tenu plutôt de l'action du fait, que de celle que donne la loi Aquilia; parce qu'il n'a pas nui par lui-même. Mais si quelqu'un reçoit un coup de pied d'un cheval qu'il caressoit et qu'il flattoit de la main, il peut tenter l'action dont il est ici question.

8. Si c'est un animal qui en ait excité un autre à faire le tort dont on se plaint, c'est au nom de celui qui a excité l'autre qu'on doit se pourvoir.

9. Cette action a lieu, soit que l'animal ait causé du tort par lui-même, ou par quelque chose qu'il a touché; par exemple, si un bœuf a écrasé quelqu'un avec un charriot qu'il traînoit ou en renversant sur lui quelque chose.

10. Elle n'a point lieu à l'égard des bêtes farouches et sauvages à cause de leur férocité naturelle. Ainsi si un ours qui s'échappe fait tort à quelqu'un, son ancien maître n'en est pas responsable; parce qu'on cesse d'être le maître d'une bête féroce, dès qu'elle est échappée. Conséquemment si j'ai tué cet ours son corps est à moi.

11. Des beliers ou des bœufs se sont battus, et l'un d'eux en a tué un autre. Quintus Mucius distingue: Si c'est l'animal agresseur qui a été tué, en ce cas l'action n'a pas lieu; si c'est l'autre, l'action a lieu, et sou-

maître est obligé ou de l'abandonner ou de réparer le dommage qu'il a causé.

12. Il en est à l'égard des animaux comme à l'égard des esclaves, le délit suit son auteur dans toutes les mains où il passe. Conséquemment l'action doit être dirigée, non contre celui qui étoit le maître de l'animal lorsqu'il a causé le dommage, mais contre son maître actuel.

13. Si l'animal est mort avant la demande, l'action est éteinte.

14. Abandonner l'animal pour servir de réparation, c'est le livrer vivant. Enfin, si l'animal a plusieurs maîtres, chacun sera tenu solidairement de l'action noxale, comme on l'observe à l'égard des esclaves.

15. Il y a des cas où le maître est poursuivi, non pas pour abandonner simplement l'animal qui a causé le dommage, mais pour réparer le tort en entier; par exemple, lorsque le maître, interrogé en justice si l'animal est à lui, a nié qu'il lui appartint; car si on prouve qu'il est à lui, il sera condamné à payer l'estimation du tort en entier.

16. Si l'animal qui a donné lieu à la contestation vient à être tué par un tiers avant le jugement, comme le maître a acquis contre ce tiers l'action de la loi Aquilia, et qu'il n'est plus en état d'abandonner l'animal pour tenir lieu de réparation, on y aura égard dans le jugement, et le maître sera condamné à offrir la réparation, si mieux il n'aime céder à son adversaire l'action qu'il a acquise contre celui qui a tué l'animal.

17. Il n'y a point de doute que cette action ne passe aux héritiers et autres successeurs de celui qui a souffert le tort. Elle appartient aussi contre les héritiers, et autres successeurs de celui à qui l'animal appartient, non à titre de dette passive de la succession, mais simplement par la raison qu'ils sont devenus maîtres de la bête.

2. Paul au liv. 22 sur l'Édit.

Cette action appartient non-seulement au maître de la chose à laquelle la bête a nui, mais à quiconque a un intérêt légitime, par exemple, à celui à qui la chose a été prêtée ou confiée; parce qu'il souffre lui-même un dommage, en ce qu'il est obligé de répondre de la chose.

1. Si un homme évitant quelqu'un qui le

quamobrem eum sibi aut noxam sarcire, aut in noxam dedere oportere.

§. 12. Et cum etiam in quadrupedibus noxa caput sequitur, adversus dominum hæc actio datur, non cujus fuerit quadrupes cum noceret, sed cujus nunc est.

In quem datur hæc actio.

§. 13. Planè si antè litem contestatam decesserit animal, extincta erit actio.

§. 14. Noxæ autem dedere, est animal tradere vivum. Demùm si commune plurium sit animal, adversus singulos erit in solidum noxalis actio, sicuti in homine.

De morte quadrupedis antè litem contestatam. Quid sit noxam dedere. De quadrupede communi.

§. 15. Interdùm autem dominus in hoc non convenietur, ut noxæ dedat, sed etiam in solidum: utputà, si in jure interrogatus an sua quadrupes esset, responderit non esse suam: nam si constiterit esse ejus, in solidum condemnabitur.

Si dominus quadrupedem suam esse negaverit.

§. 16. Si post litem contestatam, ab alio sit animal occisum, quia domino legis Aquiliæ actio competit, ratio in judicio habebitur legis Aquiliæ, quia dominus noxæ dedendæ facultatem amiserit: ergo ex judicio proposito, litis æstimationem offeret, nisi paratus fuerit actionem mandare adversus eum qui occidit.

Si quadrupes post litem contestatam ab alio occidatur.

§. 17. Hanc actionem nemo dubitaverit heredi dari, cæterisque successoribus: item adversus heredes, cæterosque, non jure successionis, sed eo jure quo domini sint, competit.

De successoribus.

2. Paulus lib. 22 ad Edictum.

Hæc actio non solum domino, sed etiam ei cujus interest, competit; veluti ei cui res commodata est, item fulloni: quia eo quod tenentur, damnum videntur pati.

De eo cujus interest.

§. 1. Si quis aliquem evitans, magis-

De cane.

tratum fortè, in taberna proxima se immisisset, ibique à cane feroce læsus esset, non posse agi canis nomine quidam putant : at si solutus fuisset, contrà.

3. *Gaius lib. 7 ad Edictum provinciale.*

De libero homine caso.

Ex hac lege, jam non dubitatur etiam liberarum personarum nomine agi posse : fortè si patremfamilias, aut filiumfamilias vulneraverit quadrupes : scilicet ut non deformitatis ratio habeatur, cum *liberum corpus æstimationem non recipiat* : sed impensarum in curationem factarum, et operarum amissarum, quasque amissurus quis esset inutilis factus.

4. *Paulus lib. 22 ad Edictum.*

De actione utili.

Hæc actio utilis competit, et si non quadrupes, sed aliud animal pauperiem fecit.

5. *Alfenus lib. 2 Digestorum.*

Si mula quam equus olfecit, calce percusserit.

Agaso cum in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit : mula calcem rejecit, et crus Agasoni fregit. Consulebatur, possetne cum domino mulæ agi, quod ea pauperiem fecisset ? Respondi, posse.

poursuivoit, par exemple, un magistrat, s'est jeté dans une boutique où il a été blessé par un chien furieux, quelques-uns pensent qu'il n'y a point d'action contre le maître du chien, à moins que le chien ne fût lâché.

5. *Gaius au liv. 7 sur l'Edit provincial.*

On ne doute plus à présent que cette action ne puisse être intentée au nom des personnes libres qui ont souffert du tort en leur personne ; par exemple, si l'animal a blessé un père ou un fils de famille. En sorte que dans ce cas on ne fera point contre le maître de la bête l'estimation de la difformité qui sera survenue à cette occasion à la personne, parce que le corps d'une personne libre n'admet pas d'estimation. On aura seulement égard aux dépenses qui auront été faites pour la guérison, aux journées de travail qui auront été perdues, et à celles qu'on doit perdre par la suite, si on est devenu hors d'état de travailler.

4. *Paul au liv. 20 sur l'Edit.*

Si le dommage n'a pas été causé par une bête à quatre pieds, mais par toute autre, la même action aura lieu ; elle ne sera point alors directe, mais utile.

5. *Alfenus au liv. 2 du Digeste.*

Un palfrenier menoit un cheval à l'écurie ; ce cheval rencontre une jument qu'il veut saillir ; la jument alonge le pied et casse la jambe au palfrenier. On demandoit s'il avoit action contre le maître de la jument, pour poursuivre la réparation du tort qu'elle lui avoit causé. J'ai répondu qu'il avoit cette action.

TITULUS II.

AD LEGEM AQUILIAM.

1. *Ulpianus lib. 18 ad Edictum.*

De effectu,

**L**EX Aquilia omnibus legibus quæ antè se de damno injuria locutæ sunt, derogavit, sive duodecim tabulis, sive alia quæ fuit : quas leges nunc referre non est necesse.

Et auctore juris legis.

§. 1. Quæ lex Aquilia plebiscitum est ; cum eam Aquilius tribunus plebis, à plebe rogaverit.

2. *Gaius lib. 7. ad Edictum provinciale.*

Caput primum.

Lege Aquilia, capite primo cavetur : ut qui servum servamve, alienum alienamve,

TITRE II.

DE LA LOI AQUILIA.

1. *Ulpien au liv. 18 sur l'Edit.*

**L**A loi Aquilia a dérogé aux lois qui avoient statué antérieurement sur la réparation du tort fait à autrui, c'est-à-dire, à la loi des douze tables, et aux lois subséquentes. Ainsi il n'est pas nécessaire de les rapporter ici.

1. La loi Aquilia est un plebiscite porté sur la requête d'Aquilius, tribun du peuple.

2. *Gaius au liv. 7 sur l'Edit provincial.*

Le premier chef de la loi Aquilia porte : « Que celui qui aura tué sans raison un esclave mâle

mâle ou femelle, un animal à quatre pieds, ou une bête de troupeau appartenant à autrui, sera tenu de donner au maître la somme sur le taux le plus fort que ces choses auront pu valoir dans l'année. »

1. Ensuite la loi porte que cette condamnation sera doublée contre celui qui aura été convaincu d'avoir commis ce délit et qui l'aura nié.

2. On voit par là que la loi met au rang des esclaves les animaux qui forment un troupeau, comme les brebis, les chèvres, les bœufs, les chevaux, les mulets et les ânes. Mais les porcs sont-ils censés bêtes de troupeau? Labéon pense qu'ils doivent être regardés comme tels. Il n'en seroit pas de même d'un chien, et à plus forte raison des bêtes féroces, comme des ours, des lions, des panthères. Les éléphants et les chameaux sont mixtes; car ils rendent les mêmes services que les bêtes de somme, et sont néanmoins féroces de leur nature. Ainsi ils doivent être compris dans le premier chef de la loi.

3. Ulpien au liv. 18 sur l'Edit.

Si un esclave mâle ou femelle a été tué sans raison légitime, l'action de la loi Aquilia a lieu. C'est avec fondement qu'on ajoute sans raison légitime, car il ne suffit pas qu'ils aient été tués, il faut que ce délit ait été commis sans raison légitime.

4. Gaius au liv. 7 sur l'Edit provincial.

Ainsi si je tue votre esclave, qui est un voleur, dans le temps où il m'attaque, vous n'avez pas d'action contre moi; car la raison naturelle permet de se défendre contre ceux qui nous attaquent.

1. La loi des douze tables permet de tuer un voleur qui attaque pendant la nuit, pourvu que celui qui le tue ainsi, ait crié à son secours. Mais elle ne permet de tuer un voleur de jour, que quand il se défend avec des armes; pourvu toujours qu'on ait crié pour avoir des témoins.

5. Ulpien au liv. 18 sur l'Edit.

Un homme qui en tue un autre qui s'est jeté sur lui à main armée, ne commet point de délit; et on n'est point tenu de l'action de la loi Aquilia, lorsqu'on tue un voleur dans la crainte qu'il n'en veuille à notre vie. Mais si, pouvant se saisir de sa personne, on se détermine à le tuer, on est plutôt

Tome II.

*namve, quadrupedem vel pecudem injuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas esto.*

§. 1. Et infra deindè cavetur, ut adversus inficiantem in duplum actio esset.

De pœna inficiantis.

§. 2. Ut igitur apparet, servis nostris exæquat quadrupedes, quæ pecudum numero sunt, et gregatim habentur: veluti oves, capræ, boves, equi, muli, asini. Sed an sues pecudum appellatione continentur, quæritur? Et rectè Labeoni placet contineri: sed canis inter pecudes non est. Longè magis bestiæ in eo numero non sunt, veluti ursi, leones, pantheræ. Elephanti autem et cameli, quasi mixti sunt: nam et jumentorum operam præstant, et natura eorum fera est: et ideò primo capite contineri eas oportet.

De quadrupedibus et servis exæquatia. Quæ continentur appellatione pecudum, an pecudes bestiæ, et quæ mixtæ natura sunt.

3. Ulpianus lib. 18 ad Edictum.

Si servus servave, injuria occisus occisave fuerit, lex Aquilia locum habet. Injuria occisum esse meritò adjicitur: non enim sufficit occisum, sed oportet injuria id esse factum.

Ratio verbi, injuria.

4. Gaius lib. 7 ad Edictum provinciale.

Itaque si servum tuum latronem insidiantem mihi occidero, securus ero: Nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere.

De latrone, fure, aggressore.

§. 1. Lex duodecim tabularum furem noctu deprehensum occidere permittit; ut tamen id ipsum cum clamore testificetur: interdium autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat; ut tamen æquè cum clamore testificetur.

5. Ulpianus lib. 18 ad Edictum.

Sed et si quemcunque alium ferro sepetentem quis occiderit, non videbitur injuria occidisse: et si metu quis mortis furem occiderit, non dubitabitur quin lege Aquilia non teneatur. Sin autem cum posset adprehendere, maluit occidere, magis est ut injuria fecisse videa-

tur : ergo et Cornelia tenebitur.

Injuria quid significat.

§. 1. Injuriam autem hic accipere nos oportet, non quemadmodum circa injuriarum actionem, contumeliam quandam, sed quod non jure factum est, hoc est, contra jus, id est, si culpa quis occiderit: et ideò interdum utraque actio concurrat, et legis Aquiliæ, et injuriarum: sed duæ erunt æstimationes, alia damni, alia contumeliæ. Igitur injuriam hic damnum accipiemus culpa datum, etiam ab eo qui nocere noluit.

De furioso, quadrupede, tegula, infante impubere.

§. 2. Et ideò quærimus, si furiosus damnum dederit, an legis Aquiliæ actio sit? Et Pegasus negavit: quæ enim in eo culpa sit, cum suæ mentis non sit? Et hoc est verissimum. Cessabit igitur Aquilia actio, quemadmodum si quadrupes damnum dederit, Aquilia cessat; aut si tegula ceciderit. Sed et si infans damnum dederit, idem erit dicendum. Quod si impubes id fecerit, Labeo ait, quia furti tenetur, teneri et Aquilia eum. Et hoc puto verum, si sit jam injuriæ capax.

Magistro.

§. 3. Si magister in disciplina vulneravit servum, vel occiderit, an Aquilia teneatur, quasi damnum injuria dederit? Et Julianus scribit, Aquilia teneri eum qui eluscaverat discipulum in disciplina. Multò magis igitur in occiso idem erit dicendum. Proponitur autem apud eum species talis: Sutor, inquit, puero discenti, ingenuo, filiofamilias, parùm benè facienti quod demonstraverat, forma calcei cervicem percussit, ut oculus puero perfunderetur. Dicit igitur Julianus, injuriarum quidem actionem non competere: quia non faciendæ injuriæ causa percussit, sed monendi et docendi causa. An

censé l'avoir fait sans raison légitime, et on est puni suivant la disposition de la loi Cornelia.

1. La loi Aquilia se sert du terme d'injure pour exprimer le tort qu'on fait à quelqu'un injustement. Il ne faut pas prendre ce terme pour un affront suivant la signification qu'il a lorsqu'il s'agit de l'action par laquelle on se plaint de l'injure qu'on a reçue; mais il faut entendre ici par injure, ce qui est fait injustement, sans raison légitime, contre la justice, c'est-à-dire, lorsqu'on tue par sa faute. C'est ce qui fait que l'action des injures concourt quelquefois avec l'action de la loi Aquilia, et alors il y a deux estimations à faire, l'une de l'injure et l'autre du tort. Il faut donc entendre ici par injure un tort fait par la faute de quelqu'un, quand même il n'auroit point eu l'intention expresse de nuire.

2. Delà on demande si l'action de la loi Aquilia auroit lieu dans le cas où le tort auroit été fait par un furieux? Pegasus ne le pense pas: car, dit-il, comment peut-on imputer une faute à quelqu'un dont l'esprit est aliéné? Et cela est très-juste. Ainsi l'action de la loi Aquilia n'aura pas lieu dans ce cas, de même que si ces esclaves ou ces animaux eussent été tués par une bête, ou par une tuile. Il en faut dire de même du tort causé par un enfant en bas âge. Si le délit étoit commis par un impubère qui approchât de la puberté, Labeon dit que de même qu'on a contre lui une action en cas de vol, on auroit aussi l'action de la loi Aquilia. Je pense que cela est vrai, si on suppose cet enfant capable de vouloir nuire.

3. Si un maître blesse ou tue un esclave qu'il instruit, en le corrigeant, y a-t-il lieu contre lui à l'action de la loi Aquilia, comme ayant causé du tort au maître sans raison légitime? Julien pense qu'il y auroit lieu à cette action s'il avoit rendu borgne l'esclave en le corrigeant; à plus forte raison s'il l'a tué. Il propose à ce sujet l'espèce suivante: Un cordonnier qui apprenoit son métier à un jeune homme libre et fils de famille, qui ne faisoit pas bien ce qu'il lui avoit montré, frappa l'enfant à la tête avec la forme d'un soulier et lui créva un œil. Julien dit qu'il n'y a pas lieu en ce cas à l'action des injures, parce que ce maître n'a point eu

intention de faire injure à son apprenti, mais seulement de le corriger et de l'instruire. Dira-t-on qu'on le fera condamner à réparer ce tort par l'action qui naît du brevet d'apprentissage passé avec lui pour l'instruction de ce jeune homme, parce que celui qui s'oblige à apprendre un métier à un autre ne peut exercer qu'une correction légère? Pour moi je ne doute point qu'il n'y ait lieu en ce cas à l'action de la loi Aquilia;

6. *Paul au liv. 22 sur l'Edit.*

Car la trop grande sévérité d'un maître est regardée comme une faute de sa part.

7. *Ulpian au liv. 18 sur l'Edit.*

Julien dit que le père fera condamner par cette action le maître à lui payer ce qu'il doit perdre sur le travail de son fils, à raison du préjudice que causera la perte de l'œil et les dépenses qu'il aura faites pour sa guérison.

1. Le terme de tuer doit se prendre ici généralement de quelque manière que l'esclave ou l'animal ait été tué, soit avec un fer, un bâton, ou une autre espèce d'armes, soit avec les mains en l'étranglant, soit à coups de pied ou autrement.

2. L'action de la loi Aquilia a lieu aussi dans le cas où un homme trop chargé aura renversé son fardeau sur un esclave et l'aura tué; car il a été le maître de ne point prendre une charge si forte. En effet, si quelqu'un venant à tomber, étouffe un esclave par le poids de la charge qu'il porte, il y aura lieu, suivant Pégasus, à l'action de la loi Aquilia, supposé qu'il ait été trop chargé ou qu'il ait passé imprudemment par un chemin glissant.

3. De là si quelqu'un poussé par un autre, tue ou blesse un esclave, Proculus dit que cette action n'aura pas lieu ni contre celui qui a poussé l'autre, parce que ce n'est pas lui qui l'a tué, ni contre celui qui a été poussé, parce qu'il n'a pas causé ce tort à dessein. Ainsi on aura une action expositive du fait contre celui qui a poussé l'autre.

4. Si un lutteur, dans un exercice public, en tue un autre, il n'y a point lieu à l'action de la loi Aquilia; parce qu'ils combattent pour montrer leur force et acquérir de la gloire, et non pas dans l'intention de se faire du mal. Ceci ne peut avoir lieu à l'égard

ex locato, dubitat : quia levis duntaxat castigatio concessa est docenti. Sed lege Aquilia posse agi non dubito ;

6. *Paulus lib. 22 ad Edictum.*

Præceptoris enim nimia sævitia culpæ adsignatur.

7. *Ulpianus lib. 18 ad Edictum.*

Qua actione patrem consecuturum ait, quod minus ex operis filii sui propter vitiatum oculum sit habiturus : et impendia quæ pro ejus curatione fecerit.

§. 1. Occisum autem accipere debemus, sive gladio, sive etiam fuste, vel alio telo, vel manibus, si fortè strangulavit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualiter qualiter.

Si quis telo, vel sine telo occiderit.

§. 2. Sed si quis plus justo oneratus, dejecerit onus, et servum occiderit, Aquilia locum habet : fuit enim in ipsius arbitrio ita se non onerare. Nam et si lapsus aliquis servum alienum onere presserit, Pegasus ait, lege Aquilia eum teneri : ita demùm, si vel plus justo se oneraverit, vel negligentius per lubricum transierit.

De onere dejecto, de lapsu.

§. 3. Proinde si quis, alterius impulsu damnum dederit, Proculus scribit, neque eum qui impulit teneri, quia non occidit, neque eum qui impulsus est, quia damnum injuria non dedit : secundùm quod in factum actio erit danda in eum qui impulit.

De impulsu.

§. 4. Si quis in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit, si quidem in publico certamine alius alium occiderit, cessat Aquilia : quia gloriæ causa et virtutis, non injuriæ gratia videtur damnum

De colluctatione, pancratio, pugilatu.

datum. Hoc autem in servo non procedit : quoniam ingenui solent certare : in filiofamilias vulnerato procedit. Planè si cedentem vulneraverit, erit Aquiliæ locus ; aut si non in certamine servum occidit : nisi si domino committente hoc factum sit : tunc enim Aquilia cessat.

De servo ægroto percusso.

§. 5. Sed si quis seryum ægrotum leviter percusserit, et is obierit, rectè Labeo dicit lege Aquilia eum teneri : quia aliud aliî moi tiferum esse solet.

De eo qui causam mortis præstitit.

§. 6. Celsus autem multum interesse dicit, occiderit, au mortis causam præstitit : ut qui mortis causam præstitit, non Aquilia, sed in factum actione teneatur. Undè adfert eum qui venenum pro medicamento dedit : et ait causam mortis præstitisse : quemadmodum eum qui furenti gladium porrexil : nam nec hunc lege Aquilia teneri, sed in factum.

Si quis aliquem de ponte præcipitavit, aut puerum saxo illisit.

§. 7. Sed si quis de ponte aliquem præcipitavit, Celsus ait, sive ipso ictu perierit, aut continuò submersus est, aut lassatus vi fluminis victus perierit, lege Aquilia teneri ; quemadmodum si quis puerum saxo inlisset.

De medico.

§. 8. Proculus ait, si medicus servum imperitè secuierit, vel ex locato, vel ex lege Aquilia competere actionem.

8. *Gaius lib. 7 ad Edictum provinciale.*

De mulione, et eo qui equo velitur.

Idem juris est, si medicamento perperam usus fuerit. Sed et qui benè secuierit, et dereliquit curationem, securus non erit : sed culpæ reus intelligitur.

§. 1. Mulionem quoque, si per imperitiam impetum mularum retinere non poterit, si cæ alienum hominem obriverint, vulgò dicitur culpæ nomine teneri. Idem dicitur et si propter infirmitatem

d'un esclave, parce qu'on n'admet que des personnes libres à cet exercice : ainsi on doit entendre ceci d'un fils de famille qui auroit été blessé. Mais si un lutteur blessoit son émule quand il cède et se retire, il y auroit lieu à l'action de la loi Aquilia ; de même que si un lutteur tue un esclave en s'exerçant avec lui hors du combat, à moins que le maître ne le lui eût donné pour cet usage.

5. Si quelqu'un frappe légèrement un esclave malade qui vienne ensuite à mourir, Labéon pense que la loi Aquilia aura lieu contre lui, parce qu'un coup qui n'est pas mortel pour un homme en santé peut l'être pour un malade.

6. Celse dit qu'il faut en ce cas distinguer s'il a tué l'esclave ou s'il l'a seulement mis en danger de perdre la vie. Dans ce dernier cas il n'y a pas lieu à l'action de la loi Aquilia, mais à une action expositive du fait. Il cite à ce sujet l'exemple de celui qui donneroit à un malade du poison pour une médecine, ou qui mettroit une épée entre les mains d'un furieux. Dans ces deux cas c'est donner l'occasion de la mort, et il n'y a pas lieu à la loi Aquilia, mais à une action expositive du fait.

7. Si quelqu'un précipite un esclave du haut d'un pont, Celse dit qu'il y a lieu à l'action de la loi Aquilia, soit qu'il soit mort du coup qu'il a reçu, soit qu'il ait été submergé, ou que faisant des efforts pour se sauver, il ait été entraîné par la rapidité de l'eau et qu'il ait péri. Il en seroit de même de celui qui auroit tué un enfant en le lançant contre une pierre.

8. Proculus dit qu'un médecin ignorant qui saigne mal à propos un esclave, est tenu de l'action de la loi Aquilia, ou de celle qui vient du contrat de location.

8. *Gaius au liv. 7 sur l'Edit provincial.*

Il en est de même d'un médecin qui a employé mal à propos un remède. Mais celui qui, après avoir saigné à propos, aura abandonné le malade, n'en sera pas quitte pour cela : il s'est rendu coupable d'une faute punissable.

1. De même un muletier ignorant qui ne sait point retenir ses mules qui s'échappent, si elles écrasent quelqu'un, se rend coupable d'une faute. Il en est de même s'il est trop foible pour les retenir, et on ne doit

pas trouver injuste que la foiblesse soit ici regardée comme une faute, parce que personne ne doit se mêler d'un métier qu'il ne connoît pas. Il sait ou doit savoir que sa foiblesse pourra nuire à quelqu'un. Il en est de même à l'égard d'un cavalier qui, par maladresse ou par foiblesse, ne peut point retenir un cheval fougueux qui l'emporte.

9. *Ulpian au liv. 18 sur l'Edit.*

De même si une sage-femme donne à une femme en couche un médicament qui la fasse mourir, Labéon distingue : si elle le lui a donné de ses propres mains, elle est censée l'avoir tuée ; si elle le lui a mis en mains pour le prendre, il y a lieu à une action expositive du fait. Cette distinction est juste, parce que, dans ce second cas, elle lui a plutôt donné l'occasion de la mort qu'elle ne l'a tuée elle-même.

1. Il y a lieu à l'action de la loi Aquilia contre celui qui, par violence ou par persuasion, fait prendre à un malade un médicament dangereux dans une potion ou dans un clystère, ou qui le frotte d'un onguent nuisible, comme dans le cas d'une sage-femme.

2. Si quelqu'un laisse mourir de faim un esclave, il y a lieu à l'action expositive du fait, suivant Nératius.

3. Si vous effrayez un cheval sur lequel mon esclave est monté, et que vous l'avez fait ainsi précipiter dans un fleuve, où il a péri, Otilius écrit qu'il y a lieu à l'action expositive du fait. Cette action auroit pareillement lieu contre celui qui auroit conduit mon esclave dans un endroit où un autre étoit aposté pour le tuer.

4. Il y a lieu à l'action de la loi Aquilia même dans le cas où un esclave est tué par des gens qui lancent des javelots pour se divertir. Mais cette action cesse si l'esclave passe par un lieu destiné à cet exercice, parce qu'il n'a pas dû passer par ce lieu là ; si cependant quelqu'un avoit lancé un trait contre lui en le visant, il seroit tenu de l'action de la loi Aquilia.

10. *Paul au liv. 22 sur l'Edit.*

Car un jeu dangereux est mis au nombre des fautes.

11. *Ulpian au liv. 8 sur l'Edit.*

De même Méla écrit que si quelqu'un en

sustinere mularum impetum non potuerit. Nec videtur iniquum, si infirmitas culpæ adnumeretur : cum affectare quisque non debeat, in quo vel intelligit vel intelligere debet infirmitatem suam alii periculosam futuram. Idem juris est in persona ejus qui impetum equi quo vehebatur, propter imperitiam vel infirmitatem, retinere non poterit.

9. *Ulpianus lib. 18 ad Edictum.*

Item si obstetrix medicamentum dedit, et inde mulier perierit, Labeo distinguit : ut si quidem suis manibus supponit, videatur occidisse : sin verò dedit ut sibi mulier offerret, in factum actionem dandam. Quæ sententia vera est : magis enim causam mortis præstitit, quam occidit.

De obstetrice.

§. 1. Si quis per vim vel suasum medicamentum alicui infundit vel ore, vel clystere, vel si eum unxit malo veneno, lege Aquilia eum teneri : quemadmodum obstetrix supponens tenetur.

De medicamento, et veneno.

§. 2. Si quis hominem fame necaverit, in factum actione teneri Neratius ait.

De fame.

§. 3. Si servum meum equitantem, concitato equo effeceris in flumen precipitari, atque ideò homo perierit, in factum esse dandam actionem Otilius scribit : quemadmodum si servus meus ab alio in insidias deductus, ab alio esset occisus.

De equo concitato.

§. 4. Sed si per lusum à jaculantibus servus fuerit occisus, Aquiliæ locus est : sed si, cum alii in campo jacularentur, servus per eum locum transierit, Aquilia cessat : quia non debuit per campum jaculatorium iter intempestivè facere : qui tamen data opera in eum jaculatus est, utique Aquilia tenebitur.

De lusu.

10. *Paulus lib. 22 ad Edictum.*

Nam lusus quoque noxius in culpa est.

11. *Ulpianus lib. 8 ad Edictum.*

Item Méla scribit, si cum pia quidam

luderent, vehementius quis pila percussa in tonsoris manus eam dejecerit, et sic servi quem tonsor radebat, gula sit præcisa adacto cultello, in quocunque eorum culpa sit, eum lege Aquilia teneri. Proculus in tonsore esse culpam. Et sanè si ibi tondebat ubi ex consuetudine ludebatur, vel ubi transitus frequens erat, est quod ei imputetur: quamvis nec illud malè dicatur, si in loco periculoso sellam habenti tonsori se quis commiserit, ipsum de se queri debere.

Si alius tenuit,  
alius interemit.

§. 1. Si alius tenuit, alius interemit, is qui tenuit, quasi causam mortis præbuit, in factum actione tenetur.

Si plures percusserint.

§. 2. Sed si plures servum percusserint, utrum omnes, quasi occiderint teneantur, videamus? et si quidem apparet cujus ictu perierit, ille quasi occiderit tenetur: quòd si non apparet, omnes quasi occiderint teneri Julianus ait; et si cum uno agatur, cæteri non liberantur. Nam, ex lege Aquilia, quod alius præstitit, alium non relevat: cum sit pœna.

§. 3. Celsus scribit, si alius mortifero vulnere percusserit, alius postea exanimaverit, priorem quidem non teneri quasi occiderit, sed quasi vulneraverit: quia ex alio vulnere periit: posteriorem teneri, quia occidit: quod et Marcello videtur, et est probabilius.

Aut trabem dejecerint.

§. 4. Si plures trabem dejecerint, et hominem oppræsserint, æquè veteribus placet omnes lege Aquilia teneri.

De cane irritato.

§. 5. Item cum eo qui canem irritaverat, et effecerat ut aliquem morderet, quamvis eum non tenuit, Proculus respondit Aquiliæ actionem esse. Sed Julianus eum demùm Aquilia teneri ait, qui tenuit et effecit ut aliquem morderet: cæterum si non tenuit, in factum agendum.

De domino.

§. 6. Legis autem Aquiliæ actio hero

jouant à la paume pousse la balle avec trop de violence, et qu'il la fasse tomber sur la main d'un barbier qui rasoit un esclave, de manière qu'il lui ait coupé la gorge d'un coup de rasoir, celui à la faute duquel on peut imputer cet accident, est tenu de l'action de la loi Aquilia. Proculus pense qu'il y a de la faute du barbier. En effet s'il rasoit dans un endroit où on a coutume de jouer, ou bien où il passe beaucoup de monde, on peut imputer à sa faute cet événement, quoiqu'on puisse dire aussi que celui qui se livre à un barbier qui s'est établi dans un lieu dangereux n'a à se plaindre que de lui-même.

1. Si l'un tient l'esclave et que l'autre le tue, on a contre le premier une action expositive du fait, comme ayant donné occasion à la mort.

2. Mais si plusieurs avoient frappé l'esclave, seront-ils tous tenus comme si tous l'avoient tué? Si on sait de quel coup il est mort, c'est celui qui l'a donné qui est tenu; si on l'ignore, suivant Julien, tous sont tenus comme l'ayant tué, et lorsque l'un aura été condamné, les autres ne seront pas pour cela libérés; car ce que paye un homme en vertu de l'action de la loi Aquilia, ne libère pas un autre, parce que cette action est pénale.

3. Celse écrit que si quelqu'un avoit porté un coup mortel à un esclave, et qu'un autre l'eût tué roide, le premier ne seroit pas condamné comme ayant tué, mais seulement comme ayant blessé; parce que l'esclave est mort d'un second coup: l'autre est soumis à la peine de la loi Aquilia, parce qu'il a tué. Ce sentiment est approuvé de Marcellus, et il est le plus probable.

4. Les anciens ont pensé que si plusieurs ont fait tomber une poutre qui a écrasé un homme, tous sont également soumis à l'action de la loi Aquilia.

5. Proculus a répondu aussi que celui qui, en excitant un chien, étoit cause qu'il eût mordu quelqu'un, seroit condamné par la loi Aquilia, quoiqu'il ne tint pas le chien dans ses mains. Mais Julien pense qu'en ce cas il faut recourir à l'action expositive du fait, et que la loi Aquilia ne peut avoir lieu qu'à l'égard de celui qui tenoit le chien, et l'a excité à mordre.

6. Lorsqu'un esclave est blessé ou tué,

le droit d'intenter l'action appartient à son maître.

7. Si je vous ai vendu un esclave que vous étiez dans le cas de me rendre en reprenant votre prix, et que dans ces circonstances cet esclave ait reçu quelque dommage, Julien pense que le droit d'intenter l'action de la loi Aquilia appartient à moi vendeur, et que lorsque je reprendrai mon esclave en vous rendant votre prix, je vous rendrai aussi ce que j'aurai reçu à cette occasion.

8. Celui qui possède de bonne foi l'esclave d'autrui a-t-il droit d'intenter cette action? Je suis plus disposé à croire qu'il doit recourir à l'action expositive du fait.

9. Celui à qui on a prêté des habits qu'un autre a déchirés, ne peut point, suivant Julien, intenter cette action; elle appartient au maître.

10. Julien demande si l'usufruitier et l'usager peuvent intenter cette action? Je pense qu'elle doit leur appartenir, sinon directement, au moins utilement.

12. *Paul au liv. 10 sur Sabin.*

Si le maître de la propriété blesse ou tue un esclave dont j'ai l'usufruit, j'ai contre lui, eu égard à mon usufruit, une action semblable à celle de la loi Aquilia, et on comptera, dans l'estimation du dommage, le temps même de l'année où mon usufruit n'avoit pas encore commencé.

15. *Ulpian au liv. 18 sur l'Edit.*

Un homme libre peut intenter l'action utile de la loi Aquilia à l'occasion du dommage qu'il a reçu en sa personne. Il n'a pas l'action directe, parce qu'on ne peut pas dire qu'un homme soit le maître de ses membres dans le sens qu'il en ait la propriété. Si l'esclave fugitif est tué ou blessé, l'action appartient à son maître.

1. Julien écrit qu'un homme libre qui, ignorant son état, tient chez moi la place d'un esclave, sera tenu personnellement lui-même vis-à-vis de moi de l'action Aquilienne.

2. Si l'esclave d'une succession vacante a été tué, on demande à qui appartiendra l'action de la loi Aquilia, puisque cet esclave n'a pas de maître? Et Celse dit que la loi a eu intention de faire réparer le tort causé au maître. La succession sera donc regardée

competit, hoc est, domino.

§. 7. Si in eo homine quem tibi redhibiturus essem, damnum injuria datum esset, Julianus ait legis Aquiliæ actionem mihi competere: meque cum cœpero redhibere, tibi restitutum.

De homine redhibendo.

§. 8. Sed si servus bona fide alicui serviat, an ei competit Aquiliæ actio? Et magis in factum actio erit danda.

De bonæ fidei possessore.

§. 9. Eum cui vestimenta commodata sunt, non posse, si scissa fuerint, lege Aquilia agere Julianus ait: sed domino eam competere.

De commodatario.

§. 10. An fructuarius, vel usuarius legis Aquiliæ actionem haberet, Julianus tractat? Et ego puto melius, utile judicium ex hac causa dandum.

De fructuario, et usuario.

12. *Paulus lib. 10 ad Sabinum.*

Sed et si proprietatis dominus vulneraverit servum, vel occiderit, in quo usufructus meus est, danda est mihi, ad exemplum legis Aquiliæ, actio in eum pro portione usufructus: ut etiam ea pars anni in æstimationem veniat, qua nondum usufructus meus fuit.

15. *Ulpianus lib. 18 ad Edictum.*

Liber homo suo nomine utilem Aquiliæ habet actionem: directam enim non habet, quoniam dominus membrorum suorum nemo videtur. Fugitivi autem nomine dominus habet.

De libero nomine. De servis fugitivo.

§. 1. Julianus scribit, si homo liber bona fide mihi serviat, ipsum lege Aquilia mihi teneri.

De bonæ fidei possessore.

§. 2. Si servus hereditarius occidatur, quæritur quis Aquilia agat, cum dominus nullus sit hujus servi? Et ait Celsus, legem domino damna salva esse voluisse Dominus ergo hereditatis habebitur; quare, adita hereditate, heres poterit

De servo hereditario.

experiri.

De servo legato.

§. 5. Si servus legatus post aditam hereditatem sit occisus, competere legis Aquiliæ actionem legatario, si non post mortem servi adgnovit legatum: quod si repudiavit, consequens esse ait Julianus dicere heredi competere.

14. Paulus lib. 22 ad Edictum.

Sed si ipse heres eum occiderit, dictum est, dandum in eum legatario actionem.

15. Ulpianus lib. 18 ad Edictum.

Huic scripturæ consequens est dicere, ut si antè aditam hereditatem occidatur legatus servus, apud heredem remaneat Aquiliæ actio per hereditatem adquisita. Quod si vulneratus sit antè aditam hereditatem, in hereditate quidem actio remansit, sed cedere eam legatario heredem oportet.

Si servus mortiferè vulneratus, postea ex alia causa moriatur, vel manumittatur, vel alienetur, vel heres à domino instituitur.

§. 1. Si servus vulneratus mortiferè, postea ruina, vel naufragio, vel alio ictu maturius perierit, de occiso agi non posse, sed quasi de vulnerato. Sed si manumissus, vel alienatus, ex vulnere perierit, quasi de occiso agi posse Julianus ait. Hæc ita tam variè, quia verum est eum à te occisum tunc cum vulnerabas: quod mortuo eo demùm apparuit: in superiore non est passa ruina apparere an sit occisus. Sed si vulneratum mortiferè, liberum et heredem esse jusseris, deinceps decesserit, heredem ejus agere Aquilia non posse;

16. Marcianus lib. 4 Regularum.

Quia in eum casum res pervenit, à quo incipere non potest.

17. Ulpianus lib. 18 ad Edictum.

De servo bonæ fidei possessore, vel pignoratario.

Si dominus servum suum occiderit, bonæ fidei possessori, vel ei qui pignori accepit, in factum actione tenebitur.

§. 1.

comme ayant un maître, et l'héritier qui l'aura acceptée pourra intenter cette action.

3. Si un esclave légué est tué après l'acceptation de la succession, l'action de la loi Aquilia appartient au légataire, s'il a accepté le legs avant la mort de l'esclave; s'il y a renoncé, cette action, suivant Julien, appartiendra à l'héritier.

14. Paul au liv. 22 sur l'Edit.

Si l'esclave avoit été tué par l'héritier lui-même, le légataire auroit contre lui l'action de la loi Aquilia.

15. Ulpien au liv. 18 sur l'Edit.

De ce que nous avons dit, il s'ensuit que si l'esclave légué est tué avant l'acceptation de la succession, l'action reste à l'héritier, parce qu'elle lui a été acquise par la succession. S'il a été seulement blessé, l'action reste encore à l'héritier, mais il doit la céder au légataire.

1. Si un esclave blessé mortellement, meurt ensuite plutôt qu'il ne seroit mort de sa blessure, soit dans un incendie, un naufrage, un écroulement de maison, on ne peut point actionner celui qui lui a donné le coup comme l'ayant tué, mais seulement comme l'ayant blessé. S'il meurt de sa blessure après avoir été affranchi ou aliéné, on peut actionner celui qui lui a donné le coup comme l'ayant tué. La raison de cette différence vient de ce que, dans le second cas, lorsque l'esclave est mort, il étoit certain qu'il mourroit de sa blessure; dans le premier cas, l'accident survenu fait qu'on ignore s'il en seroit mort. Mais si, lorsque l'esclave est blessé mortellement, son maître en mourant lui donne la liberté en le faisant son héritier, cet esclave venant à mourir, son héritier ne pourra point intenter l'action de la loi Aquilia;

16. Marcien au liv. 4 des Règles.

Parce que la chose se trouve dans un état où l'action n'auroit pas pu avoir lieu dans l'origine.

17. Ulpien au liv. 18 sur l'Edit.

Si un maître tue lui-même son esclave qu'il a donné en gage, ou qui est possédé par un autre de bonne foi, le créancier ou le possesseur de bonne foi auront une action expositive du fait contre lui.

1.

1. Si on lègue conjointement à deux personnes un esclave, lequel ayant été tué, ne soit revendiqué que par un des légataires, l'autre ayant renoncé à son legs, l'action de la loi Aquilia doit être intentée par un seul légataire, parce que le domaine lui est accru par un effet rétroactif.

18. *Paul au liv. 10 sur Sabin.*

Le créancier qui blesse ou tue un esclave qu'il a reçu en gage, est soumis à l'action de la loi Aquilia, et à l'action pignérative. Néanmoins le demandeur doit opter entre ces deux actions et se contenter d'une.

19. *Ulpien au liv. 18 sur l'Edit.*

Celui qui tue ou qui blesse un esclave appartenant à deux maîtres est soumis à la peine de la loi Aquilia,

20. *Le même au liv. 42 sur Sabin.*

Eu égard à la portion que le demandeur aura dans la propriété de l'esclave.

21. *Le même au liv. 18 sur l'Edit.*

La loi porte : « Que le défendeur sera condamné à payer le plus haut prix que cet esclave aura valu dans l'année où il aura été tué ». Cette formule contient aussi l'estimation du dommage qui aura été causé.

1. L'année se compte en remontant du jour où l'esclave a été tué. S'il a été blessé mortellement, et qu'il soit mort long-temps après, on doit, suivant Julien, compter l'année qui a précédé le jour de sa blessure, quoique Celse soit d'un avis contraire.

2. Mais doit-on estimer simplement la valeur réelle de l'homme qui a été tué, ou l'intérêt qu'avoit le maître qu'il ne fût pas tué ? L'usage est de faire porter l'estimation sur l'intérêt.

22. *Paul au liv. 22 sur l'Edit.*

Ainsi si vous avez tué un esclave que je m'étois engagé à livrer sous la stipulation d'une peine pécuniaire, le juge y aura égard en prononçant.

1. On fait aussi entrer dans l'estimation les qualités qui peuvent augmenter la valeur réelle de l'esclave ; par exemple, si vous tuez un esclave dont je me servois comme comédien ou comme musicien ou un des esclaves dont j'avois les deux jumeaux, si

*Tome II,*

§. 1. (Si conjunctim duobus legetur Stichus, et alter eorum occisus repudiaverit, puto, conjunctim solum posse Aquilia agere : quia retrò accrevisse dominium ei videtur).

De servo duobus conjunctim legato.

18. *Paulus lib. 10 ad Sabinum.*

Sed et si is qui pignori servum accepit, occidit eum, vel vulneravit, lege Aquilia et pigneratitia conveniri potest : sed alterutra contentus esse debebit actor.

De servo pignerato.

19. *Ulpianus lib. 18 ad Edictum.*

Sed si communem servum occiderit quis, Aquilia teneri eum, Celsus ait. Idem est et si vulneraverit ;

De servo communi.

20. *Idem lib. 42 ad Sabinum.*

Scilicet pro ea parte, pro qua dominus est qui agat.

21. *Idem lib. 18 ad Edictum.*

Ait lex, quanti is homo in eo anno plurimi fuisset. Quæ clausula æstimationem habet damni quod datum est.

De damni æstimatione.

§. 1. Annus autem retrorsus computatur, ex quo quis occisus est. Quòd si mortiferè fuerit vulneratus, et postea post longum intervallum mortuus sit, inde annum numerabimus, secundum Julianum, ex quo vulneratus est ; licet Celsus contra scribit.

De anni computatione.

§. 2. Sed utrùm corpus ejus solum æstimemus quanti fuerit, cum occideretur, an potius quanti interfuit nostra, non esse occisum ? Et hoc jure utimur, ut ejus quod interest, fiat æstimatio.

De æstimatione corporis, et ejus, quod interest.

22. *Paulus lib. 22 ad Edictum.*

Proinde si servum occidisti, quem sub pœna tradendum promisi, utilitas venit in hoc judicium.

§. 1. Item causæ corpori cohærentes æstimantur, si quis ex comœdis, aut symphonicis, aut gemellis, aut quadriga, aut ex pari mularum, unum vel unam occiderit : non solum enim perempti corporis æstimatio facienda est, sed et ejus

ratio haberi debet, quo cætera corpora depretiata sunt.

23. *Ulpianus lib. 18 ad Edictum.*

Indè Neratius scribit, si servus heres institutus occisus sit, etiam hereditatis æstimationem venire.

§. 1. Julianus ait. Si servus liber et heres esse jussus, occisus fuerit, neque substitutum, neque legitimum, actione legis Aquiliæ, hereditatis æstimationem consecuturum, quæ servo competere non potuit: quæ sententia vera est. Pretii igitur solummodò fieri æstimationem: quia hoc interesse solum substituti videretur. Ego autem puto, nec pretii fieri æstimationem: quia si heres esset, et liber esset.

§. 2. Idem Julianus scribit. Si institutus fuero sub conditione, si *Stichum manumisero*, et Stichus sit occisus post mortem testatoris, in æstimationem etiam hereditatis pretium me consecuturum: propter occisionem enim defecit conditio. Quòd si vivo testatore occisus sit, hereditatis æstimationem cessare: quia retrorsum quanti plurimi fuit inspicitur.

§. 3. Idem Julianus scribit, æstimationem hominis occisi ad id tempus referri, quo plurimi in eo anno fuit: et ideò et si pretioso pictori pollex fuerit præcisus, et intra annum quo præcideretur, fuerit occisus, posse eum Aquilia agere: pretioque eo æstimandum, quanti fuit prius quàm artem cum pollice amisisset.

§. 4. Sed et si servus qui magnas fraudes in meis rationibus commiserat, fuerit occisus, de quo quæstionem habere

vous tuez un des quatre chevaux qui formoient mon attelage, ou une mule dont j'ai la pareille, alors on aura égard non-seulement à la valeur réelle de l'individu qui a été tué, mais aussi à la diminution des autres qui restent dépareillés.

23. *Ulpien au liv. 18 sur l'Edit.*

Dèlà Nèratius écrit que celui qui tue un esclave qui venoit d'être institué héritier par quelqu'un, doit l'estimation de la succession que le maître perd par ce délit.

1. Si on a tué un esclave auquel le maître avoit accordé la liberté en l'instituant son héritier, Julien pense que ni l'héritier substitué, ni l'héritier légitime, ne pourront, par l'action de la loi Aquilia, se faire payer de l'estimation de la succession qui n'a pas pu appartenir à l'esclave mort dans la servitude; et ce sentiment est vrai. On ne fera donc, suivant lui, entrer dans l'estimation que le prix réel de l'esclave; parce que le substitué n'a aucun autre intérêt. Mais moi je pense qu'on ne doit pas même faire entrer dans l'estimation le prix réel de l'esclave, parce que s'il avoit été héritier il auroit été libre.

2. Le même jurisconsulte écrit que si j'aurois été institué héritier sous la condition d'affranchir Stichus, mon esclave, et que Stichus eût été tué après la mort du testateur, j'aurois, par l'action de la loi Aquilia, outre le prix de l'esclave, l'estimation de la succession; parce que la condition sous laquelle on me l'a laissé ne manque que parce que l'esclave a été tué; s'il eût été du vivant du testateur, on ne pourroit pas faire entrer en compte cette succession, parce qu'on ne compte la plus forte valeur de l'esclave que dans l'année qui a précédé sa mort.

3. Julien dit encore que pour estimer la plus grande valeur d'un esclave qui a été tué, on se rapporte au moment de l'année précédente où il a valu davantage; et si un esclave qui peignoit parfaitement a eu le ponce coupé, et que dans la même année il ait été tué, on intentera l'action de la loi Aquilia, et on demandera la plus grande valeur de cet esclave, eu égard au temps où il avoit encore son talent et son ponce.

4. De même si on me tue un esclave qui avoit commis de grandes fraudes dans l'administration de mes affaires, et qu'en con-

séquence je devois faire appliquer à la torture pour tirer de sa bouche la révélation de ses complices, Labéon écrit qu'on doit estimer la valeur de cet esclave, à proportion de l'intérêt que j'ai eu de découvrir par son moyen les fraudes qui m'ont été faites, et non pas seulement à proportion du délit personnel de mon esclave.

5. Si un esclave d'une bonne conduite est tué dans l'année où il avoit commencé à se débaucher, on estimera sa valeur en se rapportant au temps où il étoit encore d'une conduite réglée.

6. En général tout ce qui rendoit l'esclave plus précieux dans l'année où il a été tué, doit être ajouté à l'estimation de sa valeur réelle.

7. Si on tue un esclave enfant, et qui n'a pas encore un an, notre action suffit, et l'estimation se rapporte au temps de l'année où il vivoit.

8. Il est certain que cette action passe à l'héritier et aux autres successeurs; mais elle ne passe pas contre les héritiers et autres successeurs, parce qu'elle est pénale; à moins que l'héritier ne soit devenu plus riche en trouvant la succession augmentée par le dommage qu'avoit causé le défunt.

9. Si un esclave a été tué par mauvaise foi, celui qui a commis ce délit est soumis à la peine de la loi Cornélia; et si le maître intente l'action de la loi Aquilia, il ne perd pas le droit qu'il a de le faire punir par l'action de la loi Cornélia.

10. Cette action poursuit la simple restitution de la chose contre celui qui avoue le délit; elle la poursuit au double contre celui qui le nie.

11. Si un homme convient faussement d'avoir tué un esclave qui est encore plein de vie, et qu'ensuite il offre de le représenter vivant, suivant Julien, la peine de la loi Aquilia cesse, quoiqu'il soit convenu de l'avoir tué. Tout l'avantage que cet aveu procure au demandeur, c'est qu'il n'a pas besoin de prouver que son esclave a été tué par le défendeur. Il suffit que l'esclave ait été tué par quelqu'un pour que le défendeur soit condamné.

24. Paul au liv. 22 sur l'Edit.

Cela est encore plus sensible dans le cas où il s'agit d'un esclave blessé. En effet si

destinaveram, ut fraudium participes eruerentur, rectissimè Labeo scribit, tanti æstimandum, quanti mea intererat fraudes servi per eum commissas detegi, non quanti noxa ejus servi valeat.

§. 5. Sed et si bonæ frugi servus, intra annum mutatis moribus occisus sit, pretium id æstimabitur, quantum valeret prius quam mores mutaret.

§. 6. In summa, omnia commoda quæ intra annum quo interfectus est, pretiosorem servum facerent, hæc accedere ad æstimationem ejus dicendum est.

§. 7. Si infans sit occisus nondum anniculus, verius est sufficere hanc actionem, ut æstimatio referatur ad id tempus quo intra annum vixit.

§. 8. Hanc actionem et heredi, cæterisque successoribus dari constat: sed in heredem, vel cæteros hæc actio non dabitur, cum sit pœnalis: nisi fortè ex damno locupletior heres factus sit.

De successoribus.

§. 9. Si dolo servus occisus sit, et lege Cornelia agere dominum posse constat: et si lege Aquilia egerit, præjudicium fieri Corneliæ non debet.

Si servus dolo occisus sit.

§. 10. Hæc actio adversus confitentem competit in simplum: adversus negantem in duplum.

De confitente, aut negante.

§. 11. Si quis hominem vivum falsò confiteatur occidisse, et postea paratus sit ostendere hominem vivum esse, Julianus scribit cessare Aquiliam: quamvis confessus sit se occidisse. Hoc enim solum remittere actori confessoriam actionem, ne necesse habeat docere eum occidisse: cæterum occisum esse hominem à quocunque oportet.

De falsa confessione.

24. Paulus lib. 22 ad Edictum.

Hoc apertius est circa vulneratum hominem: nam si confessus sit vulnerasse,

nec sit vulneratus , æstimationem cujus vulneris faciemus ? vel ad quod tempus recurremus ?

25. *Ulpianus lib. 18 ad Edictum.*

Proindè si occisus quidem non sit , mortuus autem sit , magis est ut non teneatur de mortuo , licet fassus sit.

De confessione procuratoris, tutoris, curatoris.

§. 1. Si procurator , aut tutor , aut curator , aut quivis alius confitetur absentem vulnerasse , confessoria in eos utilis actio danda est.

De officio judicis in confitentem.

§. 2. Notandum quòd in hac actione quæ adversus confitentem datur , judex non rei judicandæ , sed æstimandæ datur : nam nullæ partes sunt judicantis in confitentis.

26. *Paulus lib. 22 ad Edictum.*

Puta enim quòd qui convenitur , fateatur se occidisse , et paratus sit æstimationem solvere , et adversarius magni litem æstimat.

27. *Ulpianus lib. 18 ad Edictum.*

De servo servum subripiente et occidente.

Si servus servum alienum subripuerit , et occiderit , et Julianus et Celsus scribunt , et furti et damni injuriæ competere actionem.

De servo communi.

§. 1. Si servus communis , id est , meus et tuus , sit occisus à servo Titii , Celsus scribit alterum ex dominis agentem , aut litis æstimationem consecuturum pro parte , aut noxæ dedi ei in solidum oportere : quia hæc res divisionem non recipit.

§. 2. Item si servus communis , meus et tuus , sit occisus à servo Titii , Celsus scribit alterum ex dominis agentem , aut litis æstimationem consecuturum pro parte , aut noxæ dedi ei in solidum oportere : quia hæc res divisionem non recipit.

Qui tenentur nomine servi.

§. 3. Servi autem occidentis nomine dominus tenetur : is verò cui bona fide

le défendeur avoue qu'il l'a blessé et qu'il ne le soit pas , de quelle blessure peut-on faire l'estimation , et à quel temps faut-il se rapporter ?

25. *Ulpien au liv. 18 sur l'Edit.*

Ainsi si l'esclave n'a pas été tué , mais qu'il soit mort naturellement , il faut dire que , malgré un pareil aveu , le défendeur n'est pas responsable de sa mort.

1. Si un fondé de procuration , un tuteur ou un curateur , ou tout autre convient fausement et sans en être chargé , qu'un absent dont il fait les affaires a blessé un esclave , on doit donner une action utile contre eux , en conséquence de leur aveu.

2. Il faut remarquer que dans l'action qui a lieu contre celui qui convient du délit , l'office du juge n'est pas de condamner sur l'accusation , mais simplement d'estimer le dommage ; car il n'y a rien à juger lorsque la partie avoue qu'elle a commis le délit.

26. *Paul au liv. 22 sur l'Edit.*

Ce qui fait qu'alors l'action a pour but de faire l'estimation du dommage , c'est qu'il peut arriver que le défendeur convienne du délit et offre de payer l'estimation , et que le demandeur la porte plus haut.

27. *Ulpien au liv. 18 sur l'Edit.*

Si un esclave en enlève un autre et le tue , Julien et Celse écrivent qu'il y a lieu à l'action de vol et à celle de la loi Aquilia.

1. Si un esclave commun entre vous et moi , tue un esclave qui m'appartient en propre , j'ai contre vous l'action de la loi Aquilia , s'il l'a fait par votre ordre. Urséius rapporte que tel étoit le sentiment de Proculus. S'il ne l'a pas fait par votre ordre , l'action noxale n'a plus lieu ; autrement l'esclave seroit le maître de n'appartenir qu'à un des deux propriétaires. Ce sentiment me paroît juste.

2. De même si un esclave commun entre vous et moi , est tué par l'esclave de Titius , Celse écrit que si l'un des propriétaires intente l'action de la loi Aquilia , on doit lui offrir l'estimation de l'esclave pour la portion de son domaine , ou lui abandonner en entier l'esclave qui a commis le délit ; parce que cet abandonnement n'est pas divisible.

3. C'est le maître qui est tenu de l'action de la loi Aquilia intentée au sujet d'un meur-

tre commis par son esclave. Mais le maître d'un esclave qui est en fuite seroit-il obligé par son délit ? Julien le pense ainsi, et cela est très-vrai. Marcellus est du même avis.

4. Le second chef de cette loi n'est plus en usage.

5. Le troisième chef de la loi porte : « Qu'à l'égard des autres choses, exception faite des hommes et des animaux, celui qui aura causé quelque dommage, en brûlant, rompant, brisant, sera condamné à donner au maître de la chose le prix le plus haut que la chose aura valu dans les trente jours qui auront précédé le délit ».

6. Ainsi celui qui, sans avoir tué un homme ou un animal, l'aura brûlé ou estropié, sera soumis à la peine portée par ce troisième chef de la loi ; en sorte que celui qui aura porté un flambeau au visage de mon esclave, et l'aura brûlé de cette manière, sera obligé envers moi.

7. Il en est de même de celui qui aura brûlé mes arbres ou mis le feu à ma ferme..

8. Si quelqu'un a voulu mettre le feu à ma maison, et que le feu ait gagné celle du voisin, il sera aussi obligé envers le voisin ; il n'en sera pas moins encore obligé envers les locataires dont les effets auront été brûlés.

9. Si l'esclave de mon fermier est forgeron, et que s'étant endormi auprès de sa forge la ferme ait été brûlée, Nératius écrit que le fermier sera condamné, par l'action de loyer qu'on a d'ailleurs contre lui, à indemniser le propriétaire, s'il y a eu de la négligence de sa part dans le choix qu'il a fait de ses ouvriers. Si cependant l'un avoit mis le feu dans la forge, et que l'autre l'eût gardée négligemment, celui qui auroit allumé le feu seroit-il soumis à la peine de la loi Aquilia ? car celui qui garde le feu ne commet aucun délit : celui qui a mis le feu dans la forge n'en commet pas non plus. Que doit-on donc décider ? Je pense qu'il y a une action utile tant contre celui qui s'est endormi auprès de la forge, que contre celui qui a gardé le feu avec négligence ; et qu'on ne dise pas, à l'égard de celui qui s'est endormi, que son action est naturelle et sans reproche ; parce qu'il a dû avant ou éteindre le feu, ou le couvrir de manière qu'il ne pût pas causer d'incendie.

servit, non tenetur. Sed an is qui servum in fuga habet, teneatur nomine ejus Aquiliæ actione, quæritur ? et ait Julianus teneri. Est verissimum, cum et Marcellus consentit.

§. 4. Hujus legis secundum quidem capitulum in desuetudinem abiit. Caput secundum.

§. 5. Tertio autem capite ait eadem lex Aquilia. *Cæterarum rerum, præter hominem, et pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit, quod usserit, fregerit, ruperit injuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas esto.* Caput tertium.

§. 6. Si quis igitur non occiderit hominem, vel pecudem, sed usserit, fregerit, ruperit, sine dubio ex his verbis legis agendum erit. Proinde si facem servo meo objeceris, et eum adusseris, teneberis mihi. De homine, vel pecude, ruperit, fractis, ustis.

§. 7. Item si arbustum meum, vel villam meam incenderis, Aquiliæ actionem habebis. De arbusto, edificio, et rebus inquilini exustis.

§. 8. Si quis insulam voluerit meam exurere, et ignis etiam ad vicini insulam pervenerit, Aquilia tenebitur etiam vicino : non minus etiam inquilinis tenebitur ob res eorum exustas.

§. 9. Si fornacarius servus coloni ad fornacem obdormisset, et villa fuerit exusta, Nératius scribit ex locato conventum præstare debere, si negligens in eligendis ministeriis fuit. Cæterum si alius ignem subjecerit fornaci, aliud negligenter custodierit, an tenebitur qui subjecerit ? Nam qui custodit, nihil fecit : qui rectè ignem subjecit, non peccavit. Quid ergo est ? Puto utilem competere actionem tam in eum qui ad fornacem obdormivit, quàm in eum qui negligenter custodit. Nec quisquam dixerit in eo qui obdormivit, rem eum humanam et naturalem passum : cum deberet vel ignem extinguerè, vel ita munire, ne evagetur.

De furno secundum parietem, communem

§. 10. Si furnum secundum parietem communem haberes, an damni injuria tenearis? Et ait Proculus agi non posse, quia nec cum eo qui focum haberet. Et ideò æquius puto, in factum actionem dandam : scilicet si paries exustus sit. Si autem nondum mihi damnum dederis, sed ita ignem habeas, ut metuam ne mihi damnum des, damni infecti puto sufficerè cautionem.

De ædificio exusto.

§. 11. Proculus ait, cum coloni servi villam exussissent, colonum vel ex locato, vel ex lege Aquilia teneri : ita ut colonus possit servum noxæ dedere : et si uno judicio res esset judicata, altero amplius non agendum. Sed hæc ita, si culpa colonus careret : cæterum si noxios servos habuit, damni eum injuria teneri, cur tales habuit. Idem servandum et circa inquilinorum insulæ personas scribit. Quæ sententia habet rationem.

De apibus exustis.

§. 12. Si cum apes meæ ad tuas advolassent, tu eas exusseris, legis Aquiliæ actionem competere Celsus ait.

Quid sit rumpere.

§. 13. Inquit lex, *ruperit. Rupsisse* verbum ferè omnes veteres sic intellexerunt, corruperit.

De lolio, aut avena in segetem injectis.

§. 14. Et ideò Celsus quærit, si lolium aut avenam in segetem alienam injeceris, quo eam tu inquinares, non solum quod vi aut clam dominum posse agere, vel si locatus fundus sit, colonum; sed et in factum agendum : et si colonus eam exercuit, cavere eum debere, *amplius non agi* : scilicet ne dominus amplius inquietet : nam aliâ quædam species damni est, ipsum quid corrumpere, et mutare, ut lex Aquilia locum habeat : alia, nulla ipsius mutatione applicare aliud cujus molestâ separatio sit,

10. Si vous avez un four le long d'un mur commun, serez-vous soumis à la peine de la loi, en cas que le feu porte préjudice au mur. Proculus ne le pense pas ; par la raison qu'en pareil cas il n'y auroit point d'action contre celui qui auroit une cheminée au même endroit. Je pense qu'il est plus juste, dans le cas où le mur commun auroit été brûlé, de donner à celui qui en souffre une action expositive du fait. Si le dommage n'est point encore arrivé, mais qu'il y ait lieu de le craindre, je pense qu'il suffit de faire donner caution de réparer le tort s'il arrive.

11. Proculus pense que si les esclaves d'un fermier brûlent la ferme, le propriétaire a contre son fermier l'action qui vient du loyer et celle de la loi Aquilia ; de sorte que le fermier pourra se libérer en abandonnant son esclave ; et s'il y a eu un jugement porté sur une de ces actions, on ne peut plus recourir à l'autre. Mais ceci ne doit s'entendre que du cas où il n'y a pas de faute de la part du fermier ; car s'il s'est servi d'esclaves qui aimoient à mal faire, il est soumis à la peine de la loi pour s'être servi de pareils esclaves. Il faut dire la même chose de ceux qui tiennent des maisons à loyer. Ce sentiment est fondé.

12. Celse dit que j'ai action contre vous dans le cas où vous aurez brûlé les essaims de mes abeilles, qui se seroient mêlés avec les vôtres.

13. La loi se sert du terme de rompre ; les anciens ont presque tous entendu par ce mot la même chose que ce que nous appelons corrompre.

14. C'est ce qui fait dire à Celse que celui qui sème de l'ivraie ou de mauvaises graines dans le champ d'un autre pour détériorer sa moisson, peut être poursuivi par le maître, ou par le fermier si le champ est loué, non-seulement par l'action qui a lieu contre les entreprises violentes ou clandestines, mais même par l'action expositive du fait, à l'instar de l'action de la loi Aquilia ; et si c'est le fermier qui a intenté cette action, il doit donner caution qu'on n'exigera rien outre cette condamnation, afin que le défendeur soit assuré de n'être plus inquiété par le propriétaire : car il y a ici deux sortes de dommages, l'un qui consiste à corrompre ou

détériorer la chose en la changeant, auquel cas la peine de la loi Aquilia a lieu ; et l'autre où, sans changer la chose, on la mêle avec une autre d'une espèce différente, qu'il est difficile d'en séparer.

15. Celse pense que la peine de la loi Aquilia a lieu contre celui qui a gâté du vin, ou qui l'a renversé, aigri ou altéré de toute autre manière ; parce que du vin répandu ou aigri est compris sous la dénomination de vin corrompu.

16. Ce jurisconsulte ne nie pas qu'on ne doive entendre par le mot corrompu, ce qui est brisé et brûlé ; mais il dit qu'il arrive souvent qu'une loi, après avoir fait une énumération détaillée, se sert d'un terme général, sous lequel elle comprend tout ce qu'elle avoit auparavant rapporté en détail : ce qui est vrai.

17. Il faut aussi appliquer ce terme de rompre à celui qui aura blessé quelqu'un, qui l'aura frappé avec des verges, des courroies, à coups de poings, ou qui lui aura fait une blessure ou une contusion avec une arme ou autrement ; pourvu cependant que ce délit soit accompagné d'un dommage réel. En effet si on avoit ainsi maltraité un esclave de nulle valeur, la peine de la loi Aquilia n'auroit plus lieu, et il ne resteroit au maître qu'une action pour poursuivre l'injure qui lui a été faite en la personne de son esclave ; car la loi Aquilia ne parle de ce qui est corrompu, que lorsqu'il y a dommage. Ainsi si un esclave qui auroit été maltraité n'est pas pour cela diminué de valeur, mais qu'il en ait coûté de l'argent au maître pour le faire guérir et le conserver, je pense qu'en cela il y auroit dommage pour le maître, qui pourroit par conséquent se servir de l'action de la loi Aquilia.

18. Celui qui a déchiré ou taché des habits est soumis à la peine de la loi Aquilia comme les ayant corrompus.

19. Il en est de même de celui qui a jeté son grain ou mon blé dans un fleuve.

20. Si quelqu'un mêle du sable ou quelque autre corps étranger dans le blé d'un autre, en sorte qu'il soit difficile d'en faire la séparation, il est regardé comme l'ayant corrompu.

§. 15. Cum eo plane qui vinum spurcavit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiavit, agi posse Aquilia, Celsus ait : quia etiam effusum, et acetum factum, corrupti appellatione continentur.

De vino corrupto.

§. 16. Et non negat fractum et ustum contineri corrupti appellatione : sed non esse novum, ut lex specialiter quibusdam enumeratis, generale subjiciat verbum quo specialia complectatur. Quæ sententia vera est.

De fracto vel usto.

§. 17. Rupisse eum utique accipiemus, qui yulcraverit, vel virgis vel lorris vel pugnis cecidit, vel telo vel quo alio, ut scinderet alicui corpus, vel tumorem fecerit : sed ita demum, si damnum injuria datum est. Cæterum si nullo servum pretio viliores deteriorumve fecerit, Aquilia cessat, injuriarumque erit agendum duntaxat : Aquilia enim eas ruptiones quæ damna dant, persequitur. Ergo et si pretio quidem non sit deterior servus factus, verum sumptus in salutem ejus et sanitatem facti sunt, in hæc mihi videri damnum datum, atque ideò lege Aquilia agi posse.

De servo vulnerato, vel cæso.

§. 18. Si quis vestimenta sciderit vel inquinaverit, Aquilia, quasi ruperit, tenetur.

De vestimentis scissis, vel inquinatis.

§. 19. Sed et si quis milium vel frumentum meum effuderit in flumen, sufficit Aquiliæ actio.

De milio, vel frumento effuso.

§. 20. Item si quis frumento arenam vel aliud quid immiscuit, ut difficilis separatio sit, quasi de corrupto agi poterit.

Si quid frumento immixtum sit.

**De nummis excussis.** §. 21. Si quis de manu mihi nummos excusserit, Sabinus existimat, damni injuriæ esse actionem, si ita perierint, ne ad aliquem pervenirent: putà si in flumen, vel in mare, vel in cloacam ceciderunt. Quòd si ad aliquem pervenerunt, *ope, consilio furtum factum* agendum. Quod et antiquis placuit. Idem etiam in factum dari posse actionem ait.

**De partu ejecto.** §. 22. Si mulier pugno, vel equa ictu à te percussa ejecerit, Brutus ait Aquilia teneri, quasi rupto.

**De mulo nimium onerato.** §. 23. Et si mulum plus justo oneraverit, et aliquid membri ruperit, Aquiliæ locum fore.

**De nave perforata.** §. 24. Si navem venaliciarum mercium perforasset, Aquiliæ actionem esse, quasi ruperit, Vivianus scribit.

**De fructibus perceptis.** §. 25. Si olivam immaturam decerpserit, vel segetem desecuerit immaturam, vel vineas crudas, Aquilia tenebitur: quòd si jam maturas, cessat Aquilia: nulla enim injuria est, cum tibi etiam impensas donaverit, quæ in collectionem hujusmodi fructuum impenduntur. Sed si collecta hæc interceperit, furti tenetur. Octavenus in uvis adjicit: nisi, inquit, in terram uvas projecit, ut effunderentur.

**De silva cæsa.** §. 26. Idem et in sylva cædua scribit, ut si immatura, Aquilia teneatur: quòd si matura interceperit, furti teneri eum, et arborum furtim cæsarum.

**De salicto.** §. 27. Si salictum maturum ita ne stirpes læderes, tuleris, cessare Aquiliam.

**De puero castrato.** §. 28. Et si puerum quis castraverit, et pretiosorem fecerit, Vivianus scribit cessare Aquiliam: sed injuriarum erit agendum,

21. Si quelqu'un me frappe sur la main et fasse tomber l'argent que je tenois, Sabin pense qu'il y a lieu à l'action Aquilia si cet argent est perdu sans être parvenu à personne; par exemple, s'il est tombé dans un fleuve, dans la mer ou dans un égoût. Si cet argent est parvenu à quelqu'un, on a l'action de vol; parce que c'est une espèce de secours qu'on a prêté au voleur. Les anciens jurisconsultes sont aussi de cet avis. Sabin dit qu'il y a encore lieu dans ce cas à une action expositive du fait.

22. Si vous avez fait accoucher avant terme une femme enceinte en lui donnant un coup de poing, ou avorter une jument en la frappant, Brutus pense qu'il y a lieu à l'action de la loi Aquilia.

23. Il en est de même si vous avez trop chargé un mulet qui, ployant sous le faix, se sera cassé un membre.

24. Si quelqu'un a percé le vaisseau d'un marchand d'esclaves, Vivianus pense qu'il y a lieu à l'action de la loi Aquilia, comme si ce vaisseau eût été rompu.

25. Celui qui cueille le fruit de l'olivier, qui coupe le blé, qui vendange la vigne d'autrui avant la maturité, est soumis à la peine de la loi Aquilia. Elle n'a pas lieu dans le cas où on auroit cueilli ces fruits en maturité. Loïn de faire tort au propriétaire on lui rend service; parce qu'on le décharge de la dépense qu'il auroit été obligé de faire pour cette récolte. Mais si après les avoir cueillis on les emportoit, il y auroit lieu à l'action du vol. A l'égard de la vendange des vignes d'autrui, Octavenus met une restriction: à moins, dit-il, que celui qui a vendangé la vigne d'autrui, n'ait jeté et répandu la vendange à terre.

26. Il écrit qu'il en est de même à l'égard des bois; en sorte que la loi Aquilia a lieu contre celui qui les coupe avant le temps; s'il le fait au moment de la coupe et qu'il les emporte, il y a lieu à l'action de vol, et à celle qui est particulière dans le cas d'arbres coupés furtivement.

27. Il ajoute que la loi Aquilia n'a pas lieu contre celui qui coupe des saules en maturité sans nuire au tronc de l'arbre.

28. Si quelqu'un fait un eunuque d'un jeune esclave et qu'il le rende par là d'une plus grande valeur, Vivianus écrit qu'il n'est point

point soumis à la peine de la loi Aquilia; mais le maître peut intenter contre lui l'action par laquelle on poursuit l'injure qu'on a reçue, ou l'action qui descend de l'édit des édiles. Il a aussi une action au quadruple.

29. Si vous chargez un ouvrier de vous faire une coupe de cristal, et qu'il l'ait cassée par ignorance, l'action Aquilienne aura lieu contre lui. Si ce n'est pas par ignorance qu'il l'a cassée, mais parce que la matière étoit pleine de gerçures, il est digne d'excuse. C'est pourquoi les ouvriers à qui on donne de pareilles matières à travailler ont coutume de convenir qu'il ne les prennent pas à leurs risques; et cette convention exclut l'action qu'on pourroit avoir contre eux à cause du loyer, et l'action de la loi Aquilia.

30. Si un mari donne des perles à sa femme pour s'en servir, et que, pour en faire un collier, elle les perce à l'insu de son mari, ou malgré lui, l'action Aquilienne a lieu contre elle après la séparation, et même pendant le mariage.

31. L'action Aquilienne a lieu contre celui qui brise ou enfonce ma porte, aussi bien que contre celui qui renverse mon édifice.

32. Si on détruit le canal par où je conduis de l'eau dans mon fonds, quoique les pierres du canal ainsi détruit soient à moi, néanmoins comme le terrain ne m'appartient pas, il vaut mieux dire qu'il n'y aura lieu qu'à l'action utile de la loi Aquilia.

33. Si des pierres tombent d'une voiture, et écrasent ou rompent quelque chose, il y a lieu à l'action Aquilienne contre le voiturier qui n'a pas eu soin de bien arranger ces pierres, si c'est par le défaut de leur arrangement qu'elles sont tombées.

34. Si ayant loué un esclave pour conduire un cheval, je lui confie le mien, que cet esclave l'ait attaché à son ponce avec la bride, et qu'ensuite le cheval se soit échappé avec une telle impétuosité qu'il ait arraché le doigt de l'esclave et se soit jeté dans un précipice, Méla dit que si on m'a loué un esclave ignorant pour un homme capable, j'aurai en conséquence de la location, une action contre son maître, pour me faire indemniser du tort que je souffre de ce que mon cheval s'est cassé quelque membre ou est

*Tomc II.*

agendum, aut ex edicto ædiliū; aut in quadruplum.

§. 29. Si calicem diatretum faciendum dedisti, si quidem imperitia fregit, damni injuria tenebitur: si verò non imperitia fregit, sed rimas habebat vitiosas, potest esse excusatus: et ideò plerumque artifices convenire solent, cum ejusmodi materiæ dantur, non periculo suo se facere: quæ res ex locato tollit actionem, et Aquiliæ.

De artifice qui calicem fregit.

§. 30. Si cum maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usu, eaque invito vel inscio viro perforasset, ut pertusis in linea uteretur, teneri eam lege Aquilia, sive divertit, sive nupta est adhuc.

De margaritis ab uxore perforatis.

§. 31. Si quis ædificii mei fores confregerit vel refregerit, aut si ipsum ædificium diruit, lege Aquilia tenetur.

De foribus fractis, aut ædificio diruto.

§. 32. Si quis aquæductum meum diruerit, licet cæmenta mea sunt quæ diruta sunt, tamen quia terra mea non sit, qua aquam duco, melius est dicere actionem utilem dandam.

De aquæducta diruto.

§. 33. Si ex plostro lapis, ceciderit, et quid ruperit vel fregerit, Aquiliæ actione plostrarium teneri placet, si malè composuit lapides, et ideò lapsi sunt.

Si lapis ex plastro ceciderit.

§. 34. Si quis servum conductum ad mulum regendum, commendaverit ei mulum, ille ad pollicem suum eum alligaverit de loro, et mulus eruperit sic, ut pollicem avelleret servo, et se præcipitaret, Méla scribit, si pro perito imperitus locatus sit, ex conducto agendum cum domino ob mulum ruptum, vel debilitatum: sed si ictu aut terrore mulus turbatus sit, tùm dominum ejus (id est, muli et servi), cum eo qui turbavit, habiturum legis Aquiliæ actionem. Mihi

De mulo qui pollicem servi, ad quem erat alligatus, avulsit.

autem videtur, et eo casu quo ex locato actio est, competere etiam Aquiliæ.

De lacu perfur-  
so, et vino effuso.

§. 35. Item si fectori locaveris lacum vino plenum curandum, et ille eum peritudo, ut vinum sit effusum, Labeo scribit in factum agendum.

28. *Paulus lib. 10 ad Sabinum.*

De foveis.

Qui foveas ursorum, cervorumque capiendorum causa faciunt, si in itineribus fecerunt, eoque aliquid decedit, factumque deterius est, lege Aquilia obligati sunt: at si in aliis locis, ubi fieri solent fecerunt, nihil tenentur.

De causæ co-  
gnitione.

§. 1. Hæc tamen actio ex causa danda est, id est, si neque denunciatum est, neque scierit, aut providere potuerit. Et nulla hujusmodi deprehenduntur, quibus summovetur petitor, si evitare periculum poterit:

29. *Ulpianus lib. 18 ad Edictum.*

De laqueis.

Quemadmodum si laqueos eo loci possisses, quo jus ponendi non haberes, et pecus vicini in eos laqueos incidisset.

De protecto,  
vel aquæductu  
reciso.

§. 1. Si protectum meum quod supra domum tuam nullo jure habebam, recidisses, posse me tecum damni injuria agere, Proculus scribit: debuisti enim mecum, *jus mihi non esse protectum habere*, agere: nec esse æquum damnum me pati, recisis à te meis tignis. Aliud est dicendum ex rescripto imperatoris Severi, qui ei per cuius domum tractus erat aquæductus citra servitutem, rescripsit, *jure suo posse eum interdicare*: et merito; interest enim, quod hic in suo protexit, ille in alieno fecit.

devenu plus foible. Mais si le cheval s'est échappé, effrayé par un coup que quelqu'un lui a donné ou une peur qu'on lui a faite, alors les maîtres de l'esclave et du cheval auront contre celui qui a effarouché le cheval l'action de la loi Aquilia. Pour moi, je pense que, dans le cas où on a dit qu'il y auroit lieu à l'action qui provient de la location, il y aura lieu aussi à l'action de la loi Aquilia.

35. De même si vous donnez à quelqu'un une cuve pleine de vin pour en avoir soin, et qu'il l'ait percée si maladroitement que tout le vin se soit répandu, Labéon pense qu'il y a lieu à l'action expositive du fait.

28. *Paul au liv. 10 sur Sabin.*

Ceux qui tendent des pièges pour prendre des ours et des cerfs sont tenus de la loi Aquilia, lorsqu'ils les placent dans des chemins, et que quelque animal tombé dedans en perd de sa valeur. Mais s'ils ont tendu ces pièges dans d'autres lieux où on a coutume de le faire, ils ne sont responsables de rien.

1. Cependant l'action que nous avons dit avoir lieu dans le premier cas, doit être donnée en connoissance de cause, c'est-à-dire, si on n'a point averti que ces pièges étoient tendus, si celui qui se plaint n'a pu le savoir ni le prévoir; car il y a plusieurs autres raisons qui font débouter le demandeur quand il a pu éviter le danger;

29. *Ulpien au liv. 18 sur l'Edit.*

Par exemple, si vous avez tendu des filets dans un endroit où vous n'aviez pas droit de le faire, et que quelque bête appartenante au voisin y soit tombée.

1. Si vous avez fait couper un balcon ou une galerie que j'avois fait avancer sur votre terrain, même sans aucun droit, j'ai contre vous l'action de la loi Aquilia, suivant Proculus; parce que vous deviez intenter contre moi l'action que vous aviez pour soutenir que ce droit ne m'appartenoit pas, et il n'est pas juste que je souffre du dommage que vous m'avez causé en faisant couper mes poutres. Il n'en seroit pas de même, suivant un rescrit de l'empereur Sévère, à l'égard de celui par la maison duquel on feroit passer un conduit d'eau sans avoir imposé sur lui de servitude; l'empereur y dit, que le propriétaire de la maison a droit d'interrompre le passage de ce conduit; et cela est

juste. Mais il y a une différence entre ces deux cas ; en ce que dans le premier , celui qui a fait cette galerie saillante avoit bâti sur lui , au lieu que dans le second cas , il s'agit d'un ouvrage fait sur autrui.

2. Si votre vaisseau venant à heurter ma chaloupe , l'a endommagée , on demande quelle action j'aurai contre vous ? Proculus pense que si les matelots ont pu empêcher le choc , et qu'il soit arrivé par leur faute , on a contre eux l'action de la loi Aquilia ; parce qu'il importe peu que vous me causiez ce dommage en brisant ma chaloupe avec vos mains , ou en poussant violemment votre vaisseau contre elle : car , dans tous ces cas , je souffre également un dommage provenant de votre fait. Mais si le vaisseau heurte votre chaloupe , parce que les cordages qui le retenoient se sont rompus , et qu'il n'y avoit personne pour le conduire , vous n'aurez point d'action contre le maître du vaisseau.

3. Le même Labéon écrit que si un vaisseau est poussé par la force du vent sur les cordages qui en retiennent un autre à l'ancre , et que les matelots n'ayant point d'autre moyen de débarrasser leur vaisseau coupent les cordages de l'autre , il n'y a contre eux aucune action. Labéon et Proculus décident la même chose dans le cas d'un vaisseau qui se trouveroit embarrassé dans des filets de pêcheurs. Il n'y a point de doute que l'action n'eût lieu si cet accident étoit arrivé par la faute des matelots. Mais si les pêcheurs sont dans le cas d'intenter l'action de la loi Aquilia contre des matelots par la faute desquels un vaisseau a rompu leurs filets , on ne fait point entrer en considération les poissons qui n'ont pas été pris à cause de cet événement , parce qu'on ignore si le coup de filet auroit été bon. Il en faut dire de même lorsqu'il s'agit de filets tendus par des chasseurs pour prendre des animaux ou des oiseaux.

4. Si un vaisseau submerge et coule à fond un autre bâtiment qui vient à lui , Alfénus dit qu'il y a action contre le capitaine du vaisseau ou celui qui le conduit , à moins que le vent n'ait poussé le vaisseau avec tant de violence qu'on n'ait pas pu l'arrêter. Si cet accident est arrivé par la faute des matelots , il y a lieu à l'action Aquilienne.

5. Si quelqu'un coupe le cordage qui retenoit un vaisseau , et qu'à cette occasion le

§. 2. Si navis tua impacta in meam scapham damnum mihi dedit , quæsitum est , quæ actio mihi competeret ? Et ait Proculus , si in potestate nautarum fuit , ne id accideret , et culpa eorum factum sit , lege Aquilia cum nautis agendum : quia parvi refert ; navem immittendo , aut servaculum ad navem ducendo , an tua manu damnum dederis : quia omnibus his modis per te damno adficio. Sed si fune rupto , aut cum à nullo regeretur navis , incurrisset , cum domino agendum non esse.

De navibus.

§. 3. Item Labeo scribit , si cum ventorum navis impulsæ esset in funes anchorarum alterius , et nautæ funes præcidissent , si nullo alio modo , nisi præcisis funibus explicare se potuit , nullam actionem dandam. Idemque Labeo , et Proculus , et circa retia piscatorum , in quæ navis piscatorum inciderat , æstimarunt. Planè si culpa nautarum id factum esset , lege Aquilia agendum. Sed ubi damni injuria agitur , ob retia , non piscium , qui ideò capti non sunt , fieri æstimationem : cum incertum fuerit , an caperentur. Idemque et in venatoribus , et in aucupibus probandum.

§. 4. Si navis alteram contra se venientem obruiisset , aut in gubernatorem aut in ducatorem actionem competere damni injuriæ , Alfénus ait. Sed si tanta vis navi facta sit , quæ temperari non potuit , nullam in dominum dandam actionem : sin autem culpa nautarum id factum sit , puto Aquiliæ sufficere.

§. 5. Si funem quis , quo religata navis erat , præciderit , de nave quæ pe-

riit, in factum agendum.

De animalibus læsis quæ pecudes non sunt.

§. 6. Hac actione ex hoc legis capite de omnibus animalibus læsis quæ pecudes non sunt, agendum est, puta, ut de cane. Sed et de apro, et leone, cæterisque feris, et avibus idem erit dicendum.

De magistratibus et pignoriibus

§. 7. Magistratus municipales, si damnus injuria dederint, posse Aquilia teneri. Nam et cum pecudes aliquis pignori cepisset, et fame eas necavisset, dum non patitur te eis cibaria adferre, in factum actio danda est. Item si, dum putat se ex lege capere pignus, non ex lege ceperit, et res tritas corruptasque reddat, dicitur legem Aquiliam locum habere: quod dicendum est, et si ex lege pignus cepit. Si quid tamen magistratus adversus resistantem violentius fecerit, non tenebitur Aquilia: nam et cum pignori servum cepisset, et ille se suspendiderit, nulla datur actio.

De verbo plurimi, supplendo in tertio capite.

§. 8. Hæc verba, *quanti in triginta diebus proximis fuit*, etsi non habent *plurimi*, sic tamen esse accipienda constat.

30. *Paulus lib. 22 ad Edictum.*

De adultero,

Qui occidit adulterum deprehensum servum alienum, hac lege non tenebitur.

Aut pignerato servo occiso.

§. 1. Pignori datus servus, si occisus sit, debitori actio competit. Sed an et creditori danda sit utilis, quia potest interesse ejus, quod debitor solvendo non sit, aut quod litem tempore amisit, quaeritur? Sed hic iniquum est, et domino, et creditori eum teneri: nisi si quis putaverit nullam in ea re debitorem injuriam passurum, cum prosit ei ad debiti quantitatem: et, quod sit amplius, consecuturus sit ab eo: vel ab initio in id quod amplius sit quam in debito, debitori dandam actionem, et ideo in his casibus, in quibus creditori danda est actio propter inopiam debitoris, vel quod litem amisit, creditor quidem usque ad modum debiti

vaisseau ait été submergé, il y a contre lui une action expositive du fait.

6. Par ce troisième chef de la loi, on a une action contre ceux qui ont blessé toutes sortes d'animaux qui ne forment point troupeau, par exemple, un chien. Mais il faut dire la même chose des animaux sauvages, comme le sanglier, le lion et les oiseaux.

7. Si des magistrats municipaux causent sans raison légitime du dommage à quelqu'un, il y a lieu contre eux à l'action de la loi Aquilia. Car si on leur a donné en gage des bestiaux, et qu'ils les fassent mourir de faim, sans souffrir que le maître de ces animaux leur porte à manger, ils seront soumis à l'action expositive du fait. De même si croyant prendre un gage en vertu de la loi, lorsque la loi ne l'ordonne pas, ils rendent ensuite la chose usée et détériorée, il y a lieu contre eux à l'action Aquilienne; elle auroit lieu même quand ils auroient pris le gage en vertu de la loi. Cependant si le magistrat use d'une violence légitime contre celui qui lui résiste, il n'y a pas lieu contre lui à l'action Aquilienne. S'il prend en gage un esclave, qui vienne à se pendre, il n'est tenu à rien à cet égard.

8. Ces paroles, autant que la chose aura valu dans les trente jours précédents, doivent être entendues de la plus grande valeur de la chose, quoiqu'elles ne le portent pas expressément.

30. *Paul au liv. 22 sur l'Edit.*

Celui qui tue l'esclave d'autrui qu'il surprend en adultère avec sa femme, n'est point soumis à la peine de la loi Aquilia.

1. Si un esclave donné en gage a été tué, l'action Aquilienne appartient au débiteur qui en est resté le maître. Mais le créancier aura-t-il l'action Aquilienne utile par la raison qu'il peut avoir intérêt que cet esclave n'ait pas été tué; par exemple, si le débiteur est insolvable, ou si son action personnelle est éteinte par le laps de temps? Mais il seroit injuste que celui qui a tué l'esclave fût obligé envers deux personnes, le maître et le créancier; à moins qu'on ne dise qu'en accordant l'action utile au créancier, le débiteur n'en souffre aucun tort, parce que ce que le créancier aura reçu à cette occasion servira à libérer le débiteur, qui pourra reprendre sur le créancier ce qu'il

aura reçu au delà de sa dette, ou que le débiteur a dès le commencement l'action Aquilienne pour se faire donner par celui qui a tué l'esclave ce qui excédera la dette. Ainsi dans tous les cas où on accordera l'action Aquilienne au créancier, soit à cause de l'insolvabilité du débiteur, soit parce que son action personnelle se trouvera éteinte par le laps de temps, le créancier aura cette action jusqu'à la concurrence de sa dette et le débiteur pour le surplus.

2. Si quelqu'un consomme le vin ou le blé d'autrui, il n'est pas censé lui causer du dommage; en sorte que dans ce cas il faut recourir à l'action utile.

3. Dans l'action qui descend de ce troisième chef de la loi, on punit aussi la mauvaise foi et la faute. Ainsi si quelqu'un met le feu à sa paille ou à un buisson d'épines pour les brûler, et que le feu se répandant plus loin, consume la moisson ou la vigne de son voisin, il faut examiner si cet accident est arrivé par son ignorance ou sa négligence: car s'il a fait ce feu par un grand vent, il s'est rendu coupable d'une faute. En effet on est censé faire tort soi-même à quelqu'un, quand on est la cause de celui qu'il reçoit. Il faut regarder du même oeil celui qui n'aurait pas pris soin d'empêcher que le feu ne gagnât plus loin. Mais s'il a eu toutes les attentions possibles, et qu'un coup de vent ait porté la flamme plus loin, il n'est point coupable.

4. Si un esclave est blessé, et que sa blessure qui n'étoit pas mortelle, le soit devenue par le peu de soin qu'on a eu de lui, il y aura lieu à l'action; mais le défendeur ne sera condamné que comme ayant blessé l'esclave, et non comme l'ayant tué.

31. *Le même au liv. 10 sur Sabin.*

Si celui qui taille des arbres, ou qui travaille en haut d'une maison, jette en bas quelque chose qui tue un passant, il est soumis à l'action, si ce qu'il a jeté est tombé sur un chemin public, et qu'il n'ait pas averti, afin qu'on pût éviter le danger. Mais Mucius pense que quand même cela seroit arrivé dans un lieu privé, il y auroit action contre lui, parce qu'il y a de sa faute. En effet, c'est une faute de ne pas prévoir ce qu'un homme sensé prévoiroit, ou de n'avertir qu'au moment où il n'est plus possible d'éviter le danger. Moyennant quoi il n'y a

habebit Aquiliæ actionem, ut prosit hoc debitori: ipsi autem debitori in id quod debitum excedit, competit Aquiliæ actio.

§. 2. Si quis alienum vinum vel frumentum consumpserit, non videtur damnus injuria dare: ideoque utilis danda est actio.

De vino, vel frumento consumpto.

§. 3. In hac quoque actione quæ ex hoc capitulo oritur, dolus et culpa puniuntur. Ideoque si quis in stipulam suam, vel spinam comburendæ ejus causa, ignem immiserit, et ulterius evagatus et progressus ignis alienam segetem vel vineam læserit, requiramus num imperitia ejus, aut negligentia id accidit: nam si die ventoso id fecit, culpæ reus est: nam et qui occasionem præstat, damnus fecisse videtur. In eodem crimine est, et qui non observabit, ne ignis longius procederet. At si omnia quæ oportuit observavit, vel subita vis venti longius ignem produxit, caret culpa.

De dolo et culpa. De segete, aut vinea læsa progressu ignis.

§. 4. Si vulneratus fuerit servus non mortiferè, negligentia autem perierit, de vulnerato actio erit, non de occiso.

Si servus non mortiferè vulneratus, negligentia perierit.

31. *Idem lib. 10 ad Sabinum.*

Si putator ex arbore ramum cum dejecteret, vel machinarius hominem prætereuntem occidit, ita tenetur, si is in publicum decidat, nec ille proclamavit, ut casus ejus evitari possit. Sed Mucius etiam dixit, si in privato idem accidisset, posse de culpa agi: culpam autem esse, quod cum à diligente provideri poterit, non esset provisum, aut tùm denunciatum esset, cum periculum evitari non possit. Secundum quam rationem non multum refert per publicum, an per privatum iter fieret: cum plerumque per privata loca

Si quid putator, vel machinarius dejecerit.

ulgò iter fiat. Quòd si nullum iter erit, dolum duntaxat præstare debet, ne immittat in eum quem viderit transeuntem: nam culpa ab eo exigenda non est: cum divinare non potuerit, an per eum locum aliquis transiturus sit.

pas grande différence en ce cas, entre un homme qui passeroit par un chemin public ou celui qui passeroit dans un chemin particulier; car il arrive souvent qu'on passe par des chemins appartenans à des particuliers. S'il n'y a pas de chemin frayé, il n'est responsable que de sa mauvaïse foi, c'est-à-dire, qu'il ne doit rien jeter sur un homme qu'il voit passer par là. En effet, on ne peut pas imputer de faute à celui qui n'a pas pu deviner que quelqu'un passeroit par cet endroit.

32. *Gaius lib. 7 ad Edictum provinciale.*

Si familia damnum dederit.

Illud quæsitum est, an quod proconsul in furto observat, quod à familia factum sit (id est, ut non in singulos detur pœnæ persecutio, sed sufficeret id præstari, quod præstandum foret, si id furtum unus liber fecisset), debeat et in actione damni injuriæ observari. Sed magis visum est, idem esse observandum: et meritò: cum enim circa furti actionem hæc ratio sit, ne ex uno delicto tota familia dominus careat, eaque ratio similiter et in actionem damni injuriæ interveniat, sequitur, ut idem debeat æstimari: præsertim cum interdum levior sit hæc causa delicti: veluti si culpa, et non dolo, damnum daretur.

52. *Gaius au liv. 7 sur l'Edit provincial.*

